Noverint universi Quod Ego Martinus Castellar comorans mansi Castellarii parrochie Sancti Martini Veteris franchus et liber a dominio Monasterii Sancti Danielis Gerunde cuius eram eo quia dudum fui redemptus et absolutus ab ipso dominio Gratis et ex certa sciencia de novo eligo et facio me hominem proprium et solidum vestri venerabilis domine Ermessendis dei gracia abbatisse dicti Monasterii Sancti Danielis et abbatie eiusdem et succedentium vobis in ipsa abbatia cum omni prole a me procreanda et descendenti et rebus meis mobilibus presentibus et futuris eo quia dictus mansus Castellar ad me noviter pervenit per mortem Jacobi Castellar quondam fratris mei quiquidem mansus pro vobis dicta domina Abbatissa ad directum dominium tenetur et de quo manso et eius terris et possessionibus vos et succedentes vobis in dicto Monasterio debetis habere homines et mulieres et alias servitutes Et sic promitto pro me vobis et dicto Monasterio et succedentibus vobis in eo legalis et fidelis de corpore et avere et non mutabo causa habitandi aliqua Civitate villam castrum vel aliquem locum privilegiatum nec aliqua facia tractabo vel procurabo propter quod possitis ius et dominium quod in me et prole et rebus meis mobilibus habetis et habere debetis amittere et aliquid sibi adquirere quoquomodo Immo vos et succedentes vobis in abbatia dicti Monasterii semper pro meis dominabus naturalibus reclamabo obligando ad hec vobis et dicto Monasterio et succedentibus vobis in eo in posse notarii infrascripti tanquam publice persone stipulantis et recipientis legittime nomine vestro et dicti Monasterii et omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse me et omnia bona mea habita et habenda ubique Et pro predictis facio homagium ore et manibus comendatum discreto Petro Capmany scriptori Gerunde procuratori vestro et dicti Monasterii pro vobis (?) nomine vestro illud recipienti iuxta usum et consuetudinem huius terre Iuras etiam sponte per dominum deum et eius sancta Quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare eaque attendere et complere et non contrafacere vel venire aliqua racione sive modo vel causa Actum est hoc Gerunde vicesima secunda die mensis decembris anno a Nativitate domini Millesimo Quadringentesimo undecimo Signum Martini Castellar predicti Qui hec firmo et laudo predictis (?) iuro

Testes huius rei sunt Berengarius Ferrarii de Sala Nicolaus Feugelli et Petrus Vitalis scriptores Gerunde

Signum Petri Pinos notarii publici auctoritate Regia substituti a Jacobo de Campolongo pro ... qui hec scripsi et clausi (?)
cum suprapositis in linea xiiij ubi dicitur et servare.

Homenatge [illegible] lo mas Castelar

[illegible] march MCCC [illegible] en [illegible]

[illegible]

ACf 241v [illegible] Dat per [illegible]

22-12-1411

1126

T 220 x 370

13 [illegible] Homenatge Mas Castellar de

[illegible] lligall 21 p. 16

n.010